et eius successores in praemissis non iniuriari ita ut easdem bona praesentis obligata idem obligationis suis cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis vigore tenere habere et possidere queat. Idque sub vadio similis summae quingentorum florenorum polonicalium per eundem Recognitentem aut eius posteros praefato obligatori eiusque posteris ob non complementum praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto vices quoties opus fuerit ad solvendum succumbendum. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro re aliqua praemissorum ex praemissis non completa complenda citatus ex nunc mratur Recognitus Generosus Laszewski et eius posteri ad instantiam praefati Generosi Zychowski aut eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessum suprascripto quoad vendendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere reddere vadium praefatum luere Inscriptioni praesenti satisfacere acde iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad easdem omnia obligat. Eundem primum peremptorium terminum et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios. Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legationis intra vel extra Regnum servitio militari ad exercitum ad muntio vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem ultra proximos terminos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo tum contra omnia poenis simplicibus vel triplicatis evocationibus suspensionibus fatalis Juris proscriptione Terrae bello Conventioneque tum aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo praesenti sua Inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Stoccy coniuges Advitalitatem sibi Inscribunt

Comparentes personaliter Coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobiles Andreas Stocki et Anna Domaniewska primario olim Nobilis Alexandri Grzymała secundario vero nuptiarum praefati Nobilis Andreae Stocki coniuges Sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus Districtualibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad hunc actum praesentem attinet submittendo et

plenariā incorporatāq atq subiectā palam libere publice
ac per expressum recognouert et quilibet illorum seor
sim et specialiter suo pro interesse recognouit Quia ipsi et quidē
praefata Hlis Stocka consors cum eiusdem mariti sui Vbilato
ris coniugalis personali assistentia et Vltroneo ad infra
scripta recognita consensu oium generaliter bonorum suorum
haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumq
quarumuis pecuniar necnon auri argenti Clenodiorum
pecorum peculium equorum vestium vestimentorum to
tiusq et integrae suppellectilis domesticae nunc habitae et in
post habendae Aduitalitatem et Vsumfructum ad extre
ma duntaxat vitae suae tempora inscripserunt et con
cesserunt prout inscribunt et concedunt tali uidelicet
modo quod si prius praenominatum Hlem Andream
Stocki maritum quam ipsam coniugem de hac luce
decedere contigerit ex tunc praefata consors sua bona ge
neraliter oia superius expressa Summasq quasuis pe
cuniarum cum omni praemissorum iure dominio et pro
prietate omnibusq et singulis bonorum eorundem Vtilitati
bus fructibus prouentibus redditibus emolumentis obuentio
nibus attinentiis et pertinentiis generaliter Vniuersis nul
lis exceptis tenebit habebit et possidebit illisq quie
te et pacifice quousq uixerit Vtifruetur Similiter quoque
si prius praenominatam Hlem Stocka Consortem suam quam
ipsam maritum de hac luce decedere contigerit ex tunc
praefatus maritus bona generaliter oia mobilia et im
mobilia in quacunq forma et materia existentia Sum
masq quasuis pecuniarum ac totam et integram suppel
lectilem domesticam morte praefatae consortis suae dere
linquenda Cum omni Iure dnio et proprietate omnibusq
bonorum eorundem Summarumq quarumuis pecuniarum Vti
litatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis
obuentionibus attinentiis et pertinentiis generaliter Vniuersis te
nebit habebit et possidebit illisq pacifice et quiete
Vtifruetur ac ad Vsus suos quousq uixerit Conuertet Post
mortem vero Vtriusq coniugis bona generaliter oia et res supra
expressae Summaeq quaeuis pecuniarum ac tota et integra
suppellectilis domestica Iuri aduitalitatis alterius coniugis subiecta
ad successores amborum coniugum sine quauis contradictione suc
cessorum Vtriusq coniugis uicissim pleno iure cedibunt deuol
uiq tenebuntur His suis praesentibus Recognitionibus ad ipsa oia mediante